

PANEGYRIS EPICEDIA,  
VIRO MAXIMO  
NOBILISSIMO & STRENUO  
**DN. CASPARI BAR THIO,**  
*S. ROM. IMP. EQUITI*

Polyhistori seculi nostri, dum viveret, summo,  
*In funeratione ejusdem solenni die 1. Oct. Lipsiae*

Decantata.

FODOCO SLA<sup>A</sup> FIO, Past. in Diæc.  
*Lipsiae.*

---

LIPSIAE.

Ex Officina Bauchiana, 1658.



**A**Dspice cui lacrymas imo de pectore mittam!  
Funus adest, quod non vulgari ex ordine cives  
Condimus aspidum, quod non terra hispida sorbet,  
Ceu solet incelebrem quemquam de gente Quiritum.

BARTHIUS ex cessit nostrum venerabile nomen!

BARTHIUS excescit doctorum gloria; mundi

Immortale decus, non major cognitus Orbi

Germano, quem tota stupet vastissima mater

Europe, & similem sibi pernegat esse nepotem.

Clara virum domus eduxit. Bene notus avitæ  
Nobilitatis honor. Jam per se sidera fermè  
Tangebat, sed non contentus honore parentum,  
(Ceu jam vulgo solent pecora inter inertia stemma  
Conterere è propriâ virtute adscendere gesti.  
Ingenio felix, acer, sublimia sectans,  
Impiger extremos omnes perferre labores.

Sunt duo queis sese meliori è sanguine natū  
Consecrare solent, seu summa cacumina mundi  
Prensare, & ferro gentem frenare malignam,  
Ac segnem populum, frugesq; absumere natum,  
Cui jam nullus amor recti, justi, bonique,  
Summisse jugo; patriisve avertere terris,  
Si quā vel Drusus, vel portis Hannibal adsit:  
Sive etiam quas non artes contingere mentes  
Vulgares possunt, vel paupertate repressa  
Segnitie ve suā penetrare altèq; levare,  
Inq; togā hinc adeò viridem sibi sumere laurum.

Heu mihi, quas noster penetravit BARTHIUS artes!  
Plus ultra, ultra jam tendit puerilibus annis.  
Alta volat. Non lingua fuit, seu Celica forte  
Dicatur, sive Europaea, ignota beato  
Quae nostro fuerit. Lusus puerilis ad instar

Per-

Percepisse fuit, quid vel cantaret Iberus,  
Tinniat aut Gallus, quid garrulus esserat Anglus,  
Italus in primis, & quid duro ore Polonus.  
Singula si referam verum superare videbor  
Quid vero Grajos, quosq; omnia secla Latinos  
Mirantur, memorem? Te horum patremq; Deumq;  
Tempora dixerunt nostrahac, dicentq; futura.

Non domus aut umbrosa quies juvenilibus annis  
Complacuit nimium. Epatria volitare per Orbem,  
Non legere in libris, ut depinguntur Achaeano  
Marmorea evicitur relicta a Cesare Roma,  
Mantua, queis canitur misera vicina Cremona,  
Divini vatis genetrix queis finditur Athos  
Qua scaldis fluere & Sequanus, sedesq; Gotorum  
Hispanie, geminas queis Herculis esse columnas;  
Verum oculis voluit spectasse & mente notare.  
Dumq; alii in terris variis sectantur inertes  
Illecebras rerum ac umbras, hic querere doctum  
Aut librum aut hominem, jam dum distentus ad alta:  
Atq; in eos premium ac operas effundere, nullis  
Parcere divitiis, aut sumptu nobilis auri,  
Hoc opus & labor & mentis fuit alta voluptas.

Igne amens, omnisq; capax, quod noscere fas est  
Non unis sese studiis constringere quivit,  
Rumpebat quosvis circos. Veneranda vetustas  
Quicquid ubique tenet, gremium collegit in unum.  
Res agere & patria multum super addere honoris  
Prodere, que sopita jacent, que barbarus horror  
Temporis, usq; huc in lucem prodire negavit,  
Excolere humanas artes, prodeesse nepoti,  
Emaculare libros, huic solo intenta labori  
Mens divina fuit, frustra luctante juventa.

A 2.

Nos

Nos miseri, quois forte datum lustrare potam.  
Aut si qua, Historicum, cui perlegisse Platonem,  
Cui Medico Hippocrates ingens, ampliusq; Galenus;  
Cuivè Sacerdoti Augustinus, Gregoriusve;  
Consulto juris Baldus, Legumq; volumen;  
Continuò dupli nos dignos esse tiarā  
Dicimus aut statuā auratā, aut radiante capillo.

BARTHIUS ardenti complexus singula mente,  
Quicquid opum mundus noster turbag; librorum;  
Horrida barbaries liquit, sub pectore docto  
Condiderat prorsus noster, nec debrat ad unum  
I, pete librorum prægrandia molimenta,  
Quos cudit Typotheta, aut quos jam segnior etas  
Detinet in calamis, & adhuc sub judice lis est  
Thesaurum antalem mereat mala gratia mundi.

Te, Barthi, ô, vixisse prius, quo tempore vati  
Pristina turicremas etas extolleret aras:  
Jam delubratibi sublimibus alta columnis  
Starent, suffitu ignito sumaret acerra,  
Aut tibi marmoreum cumulum, titulosq; superbos  
Construeret pia posteritas faceretq; coronas.

O nobis nunquam redditurus BARTHIUS orbis.  
Quis post de docto patrie defendet honores?  
Quis post Te populis, non tantum eludere natis  
Germano, qui dignatamen tanto edere hiatu  
Nil possunt, frena injiciet facietq; pudorem?

Plangite mortales! Virtutem quarimus omnes  
Sublatam ex oculis, cum praesto est spernere docti.

F I N I S.



*QVAM.*

INAUDITO. EXEMPLIO.  
INDUSTRIA. TOTAM. EXHAUSERAT.  
CONTRAXIT. ITA.

UT.

ILLIUS. COMPENDIUM. VIDERETUR.

IN. *QVO.* PROPE. UNO.

*QVANTUM.* IN. RELIQVIS. POSSET.  
NATURA.

EXHIBUIT. EXEMPLUM.

SED.

MORTALITATIS. SIMUL. ET. HUMANÆ.  
INCONSTANTIÆ.

*QVAM.*

ANNORUM. LXXIII. SENEX.

ANNO.

ÆRÆ. CHRISTIANÆ.

M. DC. LVIII,

XIV. KAL. OCTOBR.

MORTE. PLACIDA.

ITA. SUPERARE. POTUIT.

UT.

SE CULUM. HOC. DIVISURUS.

TOTAM. ILLIUS. DIMIDIAM. PARTEM.

IN. ORBE. CLARUS.

ALTERAM.

IN. COELO. BEATUS.

SED. UTRAMQ. IN. ÆTERNUM. PROTRAHENDAM.  
VIVERET.

POST*QVAM.*

SUA. OMNIBUS.

A. QVIBUS. ACCEPERAT.  
RELIQVISSET.

CORPUS. TERRAE.

COELO. ANIMAM.

FAMAM. BONIS. OMNIBUS.

C 2

*QVI.*



QVI.  
MORTEM. EIUS. NON. MINUS. LUGEBOUNT.  
QVAM. VITAM. ADMIRANTUR.  
ILLICET.

L. M. Q. erigebat.

M. VALENTINUS ALBERTI, Siles.  
Colleg. B. M. Virg. Collegiatus.

**A**ccipe supremas, genitor carissime, voces  
Et lacrymas fidi pectoris officium,  
Sed me deficiunt sensus, altoque dolore  
Elinguis, gemitus mutaque verba traho.  
**A**eternum salve, quando te Fata vocarunt  
Ad superas sedes, celsaque templa Poli.  
Eriperi primo mibi vix in flore juventæ  
O quantus subito Mi Pater hinc abiit!  
Sed salve æternum quia frustra tristia vota  
Tertio, nec quicquam proficio lacrymis.  
Deliciis animum nunc lætus pasce beatis  
Indultisque bonis perpetuo fruere.  
Ita lugebat desideratissimum Dominum  
Parentem.

Caspar Friedrich von Babst.



Ka 1348 QK

WOM

AC

PANEGYRIS E  
VIRO MAX  
NOBILISSIMO &  
**DN. CASPARI**  
S. ROM. IMP.  
Polyhistori seculi nostri,  
*In funeratione ejusdem sole*  
Decantat  
JODOCO SLA  
*Lipſie.*  
LIPS  
Ex Officina BAUCH

